CONSTITVTIONES ET DECRETA CONDITA IN PROVINCIALI SYNODO *MEDIOLANENSI.*

Sub Ill.mo & R.mo D. D. CAROLO BORRHOMAEO *S. R. E. tit. S. Praxedis Presbytero Cardinali, & S. Sedis Apoſtolicæ per uniuerſam Italiam* LEGATO DE LATERE,

ARCHIEPISCOPO MEDIOLANI.

AL DVS

CVM PRIVILEGIO.

VENETIIS, M. D. LXVI.

PETRVS GALESINIVS
LECTORI.

QVAM præſtans, ac ſingulare ſit ad corrigendos morum errores Prouincialium Conciliorum remedium; id cum ex iis, quæ & Summus ille Pontifex Leo Primus, & Nicæni, Antiochæniq. patres ea de re ſtatuerunt, tum ex eo certe intelligi poteſt, quod non in Italia ſolum, ſed in Hiſpania, Toleti toties, Ilerdæ, Tarracone, in Galliis Aureliæ ſæpe, Rhemis, aliisq. eius prouinciæ, ac Germaniæ item, Britanniæq. locis, in compluribus Græciæ partibus, & in uniuerſa denique Aſia, Africa, atque Europa, eiuſmodi prouinciales, recte atque ordine habitæ, synodi fructum, eumq. maximum, ad Chriſtianæ uitæ diſciplinam attulerunt. idem hoc tempore nobis, DEO iuuante, ſperare licet, ad uſum reuocata ex Tridentini Concilii decreto, illa, iam diu intermiſſa, Prouincialium synodorum conſuetudine. hancq. nobis ſpem primum affert Mediolanenſis synodus, quæ iam in lucem exit. ac ſi quæ olim in hac ipſa urbe contra Iouinianum habita synodus, illius exploſa, ac repudiata doctrina, utilis quidem fuit; hæc, ere-

CONSTITVTIONES ET DECRETA CONDITA

In Prouinciali Synodo MEDIOLANENSI.

NOS CAROLVS BORRHOMAEVS *S. R. E. tit. ſanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis, ac S.mi D. N. Papæ, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ per vniuerſam Italiam Legatus de latere, Dei & eiuſdem Apoſtolicæ ſedis gratia Archiepiſcopus Mediolanenſis, de conſilio & aſſenſu RR.morum DD. Coepiſcoporum noſtrorum, in Prouinciali Synodo Mediolanenſi, hæc ſtatuimus, & ſancimus.*